

caveant meo consilio seplasiarii, neq. facile fidant iis, quos magis decet libros sacros, quam medicos evolvere, ut animabus potius, quam corporibus mederi sciant. Caterum Colchici floribus, ut audio, utuntur Turci, cum inebriari volunt: eos enim vino macerant, eoque, poro adeo stupidi redduntur, ut in ecstasi abeant. Utriusq. Ephemerum meminit Galenus libr. 6. simp. Ephemerum med. sic inquit: Ephemerum non illud lethale seu deleterium, quod & Colchicon vocant, sed alterum, quod & Irin ex Gali. agrestem cognominant, folia, & caulem lilio similem obtinet: radicem oblongam, non rotundam, ceu Colchicum, digitis porisimum crassitudine: est autem adstringens, & boni odoris. Ex quibus palam fit, quod mixta sit facultatis, temperaturaq. nempe repellentis, & balitu digerentis. Testificatur vero id opera, quae particulatim edit. Siquidem non inefficaciter radix ejus in dentium doloribus colluitur: & folia tuberculorum tum augmento, tum vigori congruunt. Oportet autem ea in vino decocta, priusquam pus moveas, illinere. Planta, quae Graecis *hermodactylus*, Latini Colchicum sive Ephemerum, 10 & Bulbus agrestis vocatur: Officinis falso Hermodactylus: Arabibus Surugen: Italis Colchico & Zaffarano salvatico: Nomina Germanis Zeitloß und Wildsaffranblum: Gallis Mort au chin, chien & chiennee. Quam vero Graeci *ἐφemerον*, Latini item Ephemerum dicunt, & aliqui sylvestrem Irin appellant: Itali Ephemero, Giglio malto: Galli Flambe blanche sauvage. At quae recentioribus Graecis *ἐφemerον*, Latini quoq. Hermodactylus appellatur: Itali Hermodactilo: Mauritanis, Surugen vel Surengiam, ita tamen ut hanc cum colchico aperte confundant.

Colchicum à loco natali dictum, plurimum est specierum, ut suo ostenderetur loco. I. Colchicum commune, C. B. Colchicum Matth. Trag. Fuchf. Turn. Dod. gal. & fol. Lac. Gesl. hort. (cui & Hermodactylus Arabum) Cordo in Diosc. (cui & officinarum Hermodactylus) Lon. Castor. Thal. Colchicum sive Strangulatorium & Ephemerum Crocifolium, Lob. Colchicum masculinum & foeminum, Tab. Colchicum nigrum, Cord. in hist. Primula veris, Brunfel. Ephemerum, Gesl. hort. Cast. quoad iconem. Hermodactylus vulgò seu Hermodactylus rotundus niger Mesuei, Cæsalpino. Flore est purpureo, rarius albo, radix siccata alteri nigra, alteri in albicans, alteri candidissima, alteri subrubens: Sic ei quod flore albo est radix siccata alteri in albicat, alteri candidissima videtur, nulla alia differentia obviente. II. Colchicum Alexandrinum, C. B. Colchicum alterum Orientale, Matth. Lugd. Colchicum Syriacum Alexandrinum, Lob. Colchicum Syriacum Alexandrinum Orientale, Tabernæmontano. III. Iris radice ex multis tuberculis composita, C. B. Hermodactylus verus, Matth. Lugd. Taber. Hermodactylus, Matth. in Compen. Camer. Iris tuberosa, Dod. fol. Lugd. Lob. cui & Lonchitis prima Dioscoridis secundum Aldroandum. Lonchitis major, Cast. Satyrium, Cæsalpino. IV. Pseudohermodactylus, Matth. hunc imitati sunt Lugdunensis & Tabernæmontanus: at videntur nil aliud exprimere, quam Dentem caninum, cuius figuram adposuimus: etsi enim binæ jungantur radices, haec tamen singulas in singulis plantis notavimus. Dens caninus primus, C. B. Hermodactylus Mesuei, Gesl. hort. Satyrium erythronium, Lob. Tab. Satyrium rubrum, Lugd. Satyrium trifolium sive album, eidem. Satyrium, Dalechampii, eidem. Dens Caninus, Dod. fol. Cæsal. (cui & Michridation primum Cratevæ apud Plinium) Cam. Dentale primum, Clusio hist. Pannonica. Variat colore floris candido, purpurascens, aut utroq. colore mixto: folia aliquando maculata, communiter bina, nonnunquam terna: Italicus speciosiora habet folia quam Sabaudicus. VI. Hermodactyli officinarum radices, C. B. Hermodactyli non venenati officinarum, Lob. in icon. Hermodactylus officinarum, Taber. Hermodactylus orientalis, Cæsalpino. Hæ radices albæ, ruffæ & nigrae reperiuntur, sed eligendæ, quæ foris & intus veræ albæ sint, crassæ modiceq. duræ: de quibus Mesues Hermodactyli candidi, crassi & pleni nomine: at Serapio sub Hermodactylo albo, & Paulus Aegineta sub Hermodactylo, explicant, VII. Ephemerum, Matthioli. Lacun. Taber. Ephemerum non lethale, Lugdunensi: Lobelus plantam quandam proponit Ephemerum Matthioli nomine, minime Matthioli figuræ convenientem: utramq. necdum vidimus.

HELXINE.

ENGL. HELXINE. CAP. LXXXI.

Helxine nascitur in parietinis, sepibus & maceris: folia ei mercurialis insunt, hirsuta: cauliculi subrubentes, & circa eos veluti semina aspera, adhaerentia vestibus. Folia refrigerandi, spissandiq. naturam habent: qua ex causa sanant illi facros ignes, adusta, condylomata, panos incipientes, tumores, inflammationesq. Succus ejus cum cerussa, ignibus sacris & ulceribus quæ serpunt, commodè illinitur: imponiturque podagris cum hircino adipe, aut cerato cyprino: veterem tussim emendat, instar cyathi haustus: tonsillis inflammationem sentientibus utiliter & gargarizatur, & oblinitur: aurium dolorem cum rosaceo, instillatus levat.

Helxinen, quæ hic à Dioscoride describitur, officinarum Helxines vulgus Parietariam appellat, quod in edificiorum parietibus, sepibus & maceris, arido solo nascitur. Alii, quod detergendis vitreis poculis sit aptissima, Vitreolam nominant.

Lun 2

Hac



Helxine
Plin.Helxine
vires
Matth.Helxine
vires ex
Gal.

Nomina.

Hæc planta omnibus notissima est, quare supervacaneum esset, eam longiore historia representare. Verum alia ab hac, & longe diversa est Helxine, quam Plinius lib. 21. cap. 16. inter aculeata retulit, & depinxit his verbis: Helxine rara visu est, neq. in omnibus terris est: radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat, contectum sua fronde. Hujus verticillatus lacrymam continet, jucundis saporis, acanthicem mastichen appellatam: hæc Plinius Helxine vis est magna ad vulnera recentia sananda. Siquidem si recens semicontusa vulnere adalligetur, & tertia die solvatur, non erit opus alio uti medicamento. Ejusdem succus defecatus potus trium unciarum pondere cum saccharo, remorantem suppressamq. urinam mirum in modum provocat, adeo, ut miraculum videatur, & renes abstergit. Eadem super regula ignita calefacta, vinoq. cretico irrorata, & pubi illita, calculosis, & urina malo affectis mirifice auxiliatur. Additur in clysteribus utiliter, qui ad ventris & uteri dolores parantur. Succus in ore detentus dentium dolores mulcet. Stillaritia ejus aqua, faciem abstergit, & claritatem addit. Helxine vires tradidit Galen. lib. 6. simp. med. sic inquit: Helxinem aliqui Perdicium nominant, alij Parthenium, alij Sideritum, sunt qui Heracleam appellant, Ceterum vi ei inest abstergendi & leviter constringendi cum humiditate subfrigida. Quamobrem phlegmonas omnes in initio & augmento sanat usq. ad statum, & maxime si calida fuerint. Quinetiam incipientib. phlyctibus cataplasmatum ritu illinitur. Succus quoq. ejus cum rosaceo ad aurium dolores phlegmonosos, me diocriter profuerit. Gargarizandum item nonnulli exhibent ad paristhmia. Sunt verò etiam ex medicis quidam, qui h. s. qui diutina tussi vexantur, illam exhibuerint. Certè evidens extergendi experimentum prabet, & in vasis vitreis. Herba, quæ Græci ἡλξίνη vocant, Latini item Helxine appellatur: Italis ac vulgo Parietaria & Vitiola: Germanis Tag und Nacht: Hispanis Yerva del muro: Galliis Paritoire vel Parietaire.

Parietaria, id est ab aspero semine dicitur. Helxine, Matt. Brunf. Anguil. Fuchf. Dod. gal. Gef. hor. Lac. Lob. Castor. Lugd. Cæsalp. Camer. Helxine altera & muralium, Cordo in Dioscor. Parietaria, 20 Brunf. (cui & septima Parthenii species) Trag. Turn. Cordo in hist. Dod. fol. Taber. Herba muralis, Celso. Helxine & Perdicium Galeno & Plinio. Hujus major & minor species est: cui fluviatilem majorem & minorem Thalyus addit.

A. Alsine.

ALSINE.

CAP. LXXXII.

† Orib.
ita legit
conclusa.
hæc ma-
gistra
id est
phlegmon-
as omnes
diocriter
profuerit.
habet ad-
similia
helxine
folia, hu-
milia
tamen &
longiora

Alsine, aliqui Anthyllion, nonnulli myosota vocant, quoniam musculorum aures folia imitantur. Lucis, opacisq. gaudet, unde Alsine dicta est. † [Hæc erat eadem, quæ helxine, nisi humilior esset, & foliis longioribus], nec hirsuta: cum teritur, odorem cucumis reddit. Vim refrigerandi adstringendi-
que obtinet: oculorum inflammationibus cum polenta illinitur. Succus aurium doloribus infunditur: 30
quin & emendat omnia quæ helxine, id est, muralis herba.

I. ALSINE.

* II. ALSINE ALTISSIMA. *

Alsioc
confid.

Alsine ea nimirum herba est molliscula, quæ Hetruscis Centone, aliis verò Pavarina, aliis Piza gallina, aliis Cento-
vice vulgo appellatur. Et quamvis Dioscorides unam tantum Alsinem representaverit, plura tamen ejus reperiuntur
genera, quæ in majora & minora dividi possunt. Porro habentur quædam Dioscoridis exemplaria, in quibus caput hoc legi-
tur in calce libri secundi statim post Muris auricula mentionem. Sed nos, ut eo in loco latius diximus, hanc suam veram ac
germa-

germanam sedem esse censemus: ex oleo chamamelino servescit illinitur utiliter ventri contra tormina, & uteri dolores. Alfine
Alfine meminit Galenus libro 6. simplicium medicamentorum, ita de eius viribus scribens: Alfine aut Myrica similes vites ex
helxina facultatem obtinet, nempe refrigerantem & humectantem: est enim essentia aque frigida: quare & circa ad-
strictionem refrigerat. Quocirca ad serventes phlegmonas, & mediocria erysipelata competit. Hec ad alv. Græcè, ut etiam
Alfine Latine dicitur: Italice Centone & Pavarina: Germanice Hünerdarm und Vogelstrauch: Gallice Mouron. Nomina.

Alfines unus licet Dioscorides & Plinius meminerit, attamen differentias viginti quatuor in nostro
Phytopinace proposuimus. I. Alfine media, C.B. & Dod. gal. Tab. Alfine Matth. Lac. Gef. hort. (cui &
morsus gallinæ scemina, lævis & alba) Lon. Lob. Castor. Lugd. Alfine major, Fuch. Alfine primum
genus, eidem in iconibus. Alfine minor, Dod. fol. Alfine minor recentiorum, Lob. in icon. Morsus galli-
næ primum genus, Trag. Hippia minor, Cord. in historia. II. Alfine altissima, C.B. ex fibrosa radice plu-
res caules bicubitales, sæpe etiam humanam altitudinem æquant, si sustentacula quibus niti queant,
consequantur, exurgunt: quos folia ampliora longiora; quam in præcedenti, cingunt: flores candidi
stellati, ex quorum medio stamina rufa emergunt, oblongis cauliculis insident: quibus vascula oblon-
ga, semen minutum luteum continentia, succedunt, frequens est in frutetis, locis humidioribus. Dicitur
Alfine major, Dod. gal. & fol. Lugd. Camer. in suo Matthiolo, Taber. Alfine maxima, Lobelo in iconi-
bus. Alfine media, dici poterit aquatica, Thal. Morsus gallinæ majus, Brunf. Morsus Gallinæ secun-
dum genus, Trago. Centunculus viriculis cubitalibus, Casalpino. An Alfine genuina Dioscoridis, &
Centunculus Plinii?

20 ἡ δὲ ἐν τῷ τελευτῶν. LENS PALUSTRIS. CAP. LXXXIII.

Lens palustris invenitur in aqua non fluente, muscus lenticulæ similis, refrigeratoriæ naturæ. Pro-
pter quod convenienter collectionibus, igni sacro, & podagris illinitur per se, & cum polenta: glutina-
nat & procidentia puerorum interanea.

I. LENS PALUSTRIS.

II. LENS PALUSTRIS
altera.

Palustris lens, quam officina, & herbariorum vulgo Lenticulariam appellant, notior omnibus est, quam ut pluribus de-
scribi mereatur. Explerung, stagnantibus aquis innatat, usq; præsertim, quæcunq; & oppida cingunt. Folio crescit ro-
tundo minuto, lenticulæ simili, parvo ac tenui inherens capillamento. Hæc sunt quandoq; fieri solet, aquarum inundatio-
nibus, & residentibus aquis in fluentes transferatur, simul ac littoribus inhaerit, mirum in modum propagatur. Nam sub-
natis quibuscunq; capillamentis, quæ radices vices præstare videntur, sese terra committit, & subinde adolescens, tandem
crescit in plantam aquaticam sifymbrio haud dissimilem. Id quod natura operum indagatores non sine admiratione obser-
varunt. Magnificiunt quidam punila huiusce plantulæ stillatitiam aquam, ad internas viscerum inflammationes, & ad
pestilentes febres. Quinetiam eandem præferunt ad oculorum ruborem & palpebrarum phlegmonas, & ad mammarum,
& testiculorum collectiones, ante aquam augeantur: namq; illa non obscurè fluentes humores repellit. Herba ipsa recens
ex aquis allata & fronti adhibita, capitis dolores mulcet, ubi de calore provenerint. Vescuntur ea anseres & anates magna
voluptate.

Leontis
palustris
confid.

Leontis
palustris
translu-
centio,
Lentis
palustris
vires.

Lens pa-
lustris al-
tera.

Lens palustris altera. *voluptate, ac pariter gallina, ubi ex aquis exempta, furfuribus admisceatur. Est & Ar. 1. A planta in palustribus, lacubus & ceteris stagnantibus aquis quoq; nascentem, quam palustrem quoq; lentem appellare libuit, a seminis figura. Hac caulem gerit aqua repentem, angulosum, a quo per intervalla plura catervatim oriuntur folia, longis ac tenuibus pediculis niten- tia, quae quaterna, crucis in modum sese pandunt, rotundo cacumine. Semen profert in racemi modum in ipso caule, intra foliorum pediculos, lentium ferè effigie, non tamen adeò, ut in lente compressum, subnigrum & longiusculum pediculis appen- sum, densum durumq;. Ego hanc plantam acceptam refero Jacobo Antonio Cortuso Nihil habeo, de qualitatibus & viribus, quod probare possim, non tamen ambigo, quin sit frigida humidaq; temperatura. Lentis palustris non nisi tempe- ramentum prodidit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, ubi sic inquit: Lenticula palustris humida frigidaq; tem- peratura est, utring, ex secundo quodammodo ordine. Quae lens palustris Latinis: φακὸς ἐν τῷ τετρακτύῳ Græcis vocatur: Arabibus Tahaleb seu Thaleb: Italis Lente de paludi: Lente acquatica & Lenticularia: Germanis Wasser Einsen: His- panis Lenteya dell'ago: Gallis Lentille de mer. At lens palustris altera, Italis Lente palustre del seme.*

Facultas
ex Gale-
no.

Nomina.

Arabibus Thaleb seu Thaleb: Italis Lente de paludi: Lente acquatica & Lenticularia: Germanis Wasser Einsen: Hispanis Lenteyá dell'agoa: Gallis Lentille de mer. At lens palustris altera, Italis Lente palustre del seme.

* III. LENS PALUSTRIS
tertia. *



Lentem palustrem triplicem exhibemus. I. *Lens palustris*, Matth. Anguil. Dod. gal. Turn. Lac. Cordo in Diosc. Ionic. Lobel. Castor. Lugdun. *Lens lacustris*. Dod. fol. *Lenticula aquæ*, Brunf. *Lenticula aquatica*, Thal. *Lenticula palustris*, Trago. Tabern. Cæsalpino. II. *Lens palustris quadrifolia* (quamvis sex foliis in Suntgovix stagno reperimus) C. B. *Lens palustris altera*, Matth. Lugd. *Lens palustris*, Castor. *Lenticulæ alterum genus*, Cæsalp. *Lenticula palustris secunda*, Tabern. Lemma Theophrasti, Lugdunensi. III. *Lens palustris tertia*, cum in Italiæ fossis frequens sit, & a nemine picta, ipsius hic iconem (meliorem ea quam in Phytopinace exhibuimus) cum descriptione addere placuit. Hæc foliis est copiosis subrotundis, conjugatim in ramulis digestis, eleganter virentibus, punctis minutissimis supernè notatis, quibus infernè copiosæ lenticulæ adhærent, quæ aliquando singulæ, aliquando ternæ & quaternæ, rugoso & tenui cortice donatæ, quæ semen copiosissimum minutissimum & flavescens continent: ab ipsis ramulis filamenta radices constituentia, deorsum spectant: sapore est aqueo. Aquis supernatat ut in fossis Patavinis videre est: meminit Cæsalphinus hanc fluitare & cum aqua incidere Pisis in Auxeri fluvio, qui aquas thermales ex monte Sancti Juliani recipit, qui Stratiorem aquaticam esse apud Dioscoridem, censet.

a Meum
legi tan-
tum, in
πῶς ὁφθαλ-
μοῖν τοῖς.
in oculo-
rum lip-
pitudine
ut Cate-
cuz. ὁφ-
θαλμοῖς
ὁφθαλμοῖς.
i. oculo-
rum syf-
fusione.
Nunc.

neuter
autem le
git san-
guinis vi-
tio con-
ceptis.
Cat. ad-
dit cō mē-
pōs. i. in
sepul-
chris.
Cat. le-
git mē-
pōs. i.
onga.
Orib.
mēpōs. i.
multos.

3edi ge-
nera &
confid.

Α' εἰς ὅσον μέγα.

SEDUM MAJUS.

CAP. LXXXIV.

40

Sempervivum magnum ideo nominatur, quoniam perpetuo folia vireant: cujus caules cubiti altitudinem implent, interdum excedunt, pingues, crassitudine pollicari, virentes, characiæ tithymali modo infecti: folia pingua, carnofa, longitudine pollicari, in cacumine linguæ fimilia, alia in terram convexa, alia in capite ftantia invicem, ita ut ambitu effigiem imitentur oculi: nascitur in montibus, & testaceis: fupra domicilia etiam feritur. Ejus vis refrigerare & adstringere. Medentur igni facro, nomis, ulceribus quæ ferpunt, oculorum inflammationibus, ambuftis igni, podagris per fe, & cum polenta illita folia. Succus capiti in doloribus, cum polenta, aut rofaceo perfunditur: datur in potu contra phalangiorum ictus, dyfenteriam alvique profluvia: teretes tineas potus in vino excutit: fubditus in vellere, mulierum abundantiam fiftit. Succus & oculorum lippitudinibus, fanguinis vitio conceptis, in-
ungitur.

Α' εἰς ὧν μητρὸν.

SEDUM MINUS.

CAP. LXXXV.

Sempervivum parvum in petris, parietinis, & maceriis, necnon a scrobibus opacis nascitur, caulibus
ab una radice multis, tenuibus, crebro foliatis: exilibus foliis, *b* rotundis, pinguibus, mucronatis:
caule à medio emicante, palmum alto, umbellam, herbidosq; flores, *c* & tenues gerente. Folia eisdem
cum priore viribus prædita sunt.

Α' εἰς εἰς τὸ τρίτον.

SEDI GENUS TERTIUM.

CAP. LXXXVI.

60

Tertium videtur Sempervivi genus, quam aliqui Andrachnen agriam, aut Telephion vocaverunt, Romani illecebram, pusillis crassioribusq; foliis, hirsutis, portulacæ proximis: nascitur in saxis. Vis ei excaustoria, acris, exulcerans: illita cum axungia strumas discutit.

EX tribus Sedi, five Sempervivi generibus, qua hoc loco à Dioscoride pinguntur, primum & alterum omnibus nota sunt. Utrunq; officina Sempervivum appellant, addita majoris & minoris differentia: quævis non desunt, qui mi-
nus Ver-

I. SEMPERVIVUM
majus.III. SEMPERVIVUM
minus, mas.II. SEMPERVIVUM MI-
nus foemina.IV. SEMPERVIVUM MI-
nimum

nus Vermicularem, Crassulamq; herbam vocent. Minoris duo visuntur genera. Alterum, cujus Dioscorides meminit, foliis
 crassioribus, longioribus, rarioribusq; facie nucleis pineis à putaminibus repurgatis similibus, unde quibusdam vulgò etiam
 60 Pignola dicitur. Caules fert tenues, pluresq; in quorum cacumine flores exeunt herbacei, seu subcandidi, umbellæ divulsæ
 modo. Alterum foliis brevioribus, angustioribus copiosioribusq; floribus melius eodem ordine prodeuntibus. Hoc marem,
 illud foeminam recentiorum quidam existimant. At tertium, quod mihi jamdiu incognitum extitit, cum usq; aded ex-
 calfaciat, ut carnem exulceret impositum, à cæteris longè facultatibus disidet. Hujus varia in Dioscoridis codicibus le-
 gitur historia: ceterum nos Aldinum exemplar secuti, hinc ea abdicavimus, quæ adulterina censentur. Nec desunt qui
 crediderint, tertium hoc Dioscoridi esse spurium, quod duorum tantum meminerit Gaenus. Veruntamen è Pistis hoc anno Sedum
 tertium Sedi genus, gustu sanè acerrimo, aded ut linguam exulceret, ad me misit Lucas Ghinus Forocorneliensis medicus acerrimè
 rei herbaria peritissimus, qui illi plantæ hæc verba subjecerat, quæ hic referam ejus humanitate fretus Visitur, inquit, in vi-
 vidario Illust. Ducis Florentia quoddam tenuissimi Sedi genus, gustu nihil minus acri, quam ranunculi omne genus, quod
 etiam in antiquis edificiorum parietibus, & saxorum rimis provenire conspexi. Hoc meo judicio, tertium est Sedum. Sed
 cum

U u +

cum Dioscoridi verba hoc loco obscura sanè, & intellectu difficilia habeantur, jamdiu unà cum aliis pleriq; qui hac simpliciū facultate maximè delectantur, plurimum laboris impendi, ut tertium Sedum consequi possem, cui folia mēssent hirsuta, & facie portulacæ similia. Ceterum cum postea attentius, diligentiusq; Dioscoridis verba perpenderem, sic Latine sonare videntur: Est & tertium sedi genus, quod portulacæ respectu, folia edit pinguiora, densioraq; &c. Quibus cum hunc dederim sensum, qui, mea sententia, propriam Dioscoridis mentem explicat, tertium hoc sedum facile mihi se se obtulit cognoscendum, ut omnibus quoq; id ipsum evenire haud quaquam dubitaverim, qui Græci dictionem *δασία* densa non hirsuta exposuerint, interpretatiq; fuerint *πρὸς τὰ τὴν ἀρδραχὴν* ad folia portulacæ collata. Nam hujusce tertii sedi folia portulacæ foliis comparata, iis densiora, crassioraq; facile cernuntur. Hactenus amicus ille. Cujus certè sententia non possum non adstipulari, quippe quæ doctissimis rationibus nitatur, & ipse sit apud me gravis testis. Sempervivi mentionem fecit Theophrastus lib. 17. cap. 9. de plantarum historia, sic inquit. Sempervivo datum à natura est, quod humidum, virideq; semper durare valeat. Folio carnosio, levi atq; oblongo id constat. Planis parietinis nascitur, nec non & in tegulis, cum terra confluvium quoddam arenaceum factum est: hæc Theophrastus. Ceterum duas *ARBORESCENTIS* *SEMPERVIVI* plantas, quarum imagines hic appingi curavimus, alteram, quæ major & fruticosior est, Clarissimo

V. SEMPERVIVUM ARBORESCENS.



VI. SEMP. ARBORESCENS alterum.



Sedi vi-
res ex
Gal.

Nomina.

viro Augerio de Busbeke Flandro, qui eam Constantinopoli secum adduxit, ejus patet forma, ex hic appicta imagine: alteram verò Jacobo Antonio Cortuso viro optimo atq; doctissimo, cui Coryra allata est, acceptam refero. Sedi vires descripsit Gal. lib. 6. simpliciū medicamentorum, his verbis: *Αιζων* utrunq; tum majus, tum minus, desiccatur quidem leviter, quandoquidem & mediocriter adstringit, omnis alterius vehementius qualitatis expers, quare in eo plus ceteris abundat essentia aquea. Ceterum non mediocriter refrigerat: est enim ex tertio ordine, & recessu refrigerantium. Hinc etiam ad erysipelatam & herpetas, & phlegmonas à fluxione natas accommodatur. Sempervivum sive Sedum majus quod Latini vocant. Græci *δασύφυλλον*: Mauritanii, Bejahalalen, seu Hal alhalez: Itali Sempervivo maggiore: Germani Groß Hauswurz: Hispani Semperviva & yerva puntera: Galli Jonbarbe. Quod verò Græci *δασύφυλλον* minus, Latini Sempervivum, sive Sedum minus dicunt: Itali Sempervivo minore: Germani Klein Hauswurz: Galli Jonbarbe petite. Quod deniq; Græci *δασύφυλλον* retro, Latinis Sempervivum minimum, Sempervivi sive sedi genus tertium appellatur: Arabibus, Alsebram, Handrachabara & Tilafon: Itali, Sempervivo terzo: Herba grassella sive Sempervivo minuto. At sempervivum arborescens: Itali Sempervivo arboreo.

Et si Sempervivi species viginti quinque in Phytopinace recensuerimus, plures tamen in historia universalis nostra enarrabimus. I. Sempervivum majus vulgare, C. B. Sempervivum majus, Matth. Brunf. Dod. gal. Cæf. Lob. in icon. cui & Sedum majus crenatum Myrtifolium. Sempervivum, Gef. hor. Lon. Cast. Sempervivum majus alterum sive Jovis barba, Dod. fol. Aizoon sive Sempervivum majus, Lob. Camerar. Thal. Aizoon seu Sedum flosculis purpureis, Trag. Aizoon majus, Lugd. Sedum majus Fuch. Turn. Cord. in Dioscor. (cui & Vitalis major) Lacun. Taber. Sedum seu Supervivum vulgare majus, Gef. hort. Umbilicus Veneris alter, Anguil. cui & Onobletum Hippocratis. Hoc quidam Coryledonis speciem faciunt: at Aizoon magnum Dioscoridis, & Aizoon Theophrasti & Plinii, & *Ζωόφυλλον* Apulii. Sempervivum foemina, Brunfelsio: Sempervivum minus album, eidem. Sempervivum minus alterum

alterum, Dodonæo folio, Sempervivum minus, Anguillæræ, Castori. Sempervivum quartum, Lonice-
ro. Sedum minus primum, Trag. Sedum minus femina, Fuchfio. Sedum minus Lacunæ. Sedum minus
alterum, Gef. hort. Sedum femina, Turnero. Crassula minor, Dodonæo gal. Vermicularis sive Illece-
bra major, Lob. Lugd. Vermicularis flore albo, Camer. Aizoon minus femina, Lugd. Tragus herba,
Cord. in Dioscoridem. III. Sedum minus acuto folio, flore luteo seu Sedum minus Dioscoridis, C.B.
Sempervivum minus mas, Matth. in Commentariis non addita figura. Sempervivum minus, Dod. gal.
Sempervivum minus primū, Dod. fol. Sedum minus mas, Fuch. Sedum minus, Turn. Sedum minus hæ-
matoides, Taber. Aizoon hæmatoides, Lob. in icon. Aizoon minus, Lugdunenfi. IV. Sedum minimum
acre, seu Sedi tertium genus Dioscoridis, C.B. Sempervivum minimum, Matth. Lob. Cast. Cæfal. Sem-
pervivum minus flore luteo, Brunf. cui & mas. Sempervivum secundum, Lonice. Sedi minoris tertia spe-
cies & Vermicularis, Trago. Sedi tertium genus, Fuch. Lacu. Turn. Sedum tertium Dioscoridis succo
acri & erodente, Gef. hor. cui & Telephium dictum. Sedum minimum, Taber. Aizoi minoris species
altera, Cord. in Dioscoridem. Aizoon minus acre, eidem in histor. Aizoon minus alterum fervidi gu-
stus, Thal. Aizoon minimum repens, Lugd. Illecebra, Dod. gal. & fol. Gramen tertium Plinii Anguilla-
ræ, cui & Sempervivum tertium. Hoc duplex habetur, aliud gustatum paulò post fauces exurit: aliud
verò penè insipidum est. V. Sempervivum arborefcens, Matth. Castor. Sempervivum majus, Anguil.
Sempervivum sive Sedum arborefcens majus, Dod. fol. Sempervivi majoris alterum genus, Cæfal. Se-
dum majus verum, Gef. hor. Sedum majus, Clus. hist. Hisp. Sedum arborefcens majus Græcum, Lob.
Aizoon arborefcens, Lugd. Camerario. VI. Sempervivum arborefcens alterum, Matth. Cast. & Lugd.
hoc an à priori diversum sic dubitamus.

Κοτυλιδών.

UMBILICUS VENERIS.

CAP. LXXXVII.

COTyledon, sive Umbilicus Veneris, folio est in acetabuli formam tornato, & inevidenter concavo,
brevis [in medio] cauliculo, in quo semen inest: radice olivæ modo rotunda. Succus cum vino
circumlitus instillatusve, contacta genitalia nudat: inflammationibus, sacris ignibus, strumis, pernio-
nibus, illitu auxiliatur: stomachi ardorem refrigerat. Folia cum radice comeia, calculos frangunt, uri-
nam cient: hydropicis ex melle dantur. Herba utuntur ad amatoria.

α λελη-
ται, i. la-
tentet
cavum.
Conclusa
nō legit
Orib.
δ ταυτης
α ταν
φικαν
χολας.
hujus &
foliorum
succus.

30 Κοτυλιδών ἑτερο. UMBILICUS VENERIS ALTER. CAP. LXXXVIII.

EST & alterum Umbilici Veneris genus, cymbalion aliqui vocant, pinguibus foliis, latioribus, li-
gularum modo, densis circa radicem, medium oculi ambitum describentibus, ut in majore semper-
vivo, adstringentis gustus: cauliculo tenui, in quo flores, & semina hyperici: radice majuscula. Facit
eadem, quæ Sempervivum.

I. UMBILICUS VENERIS.

II. UMBILICUS VENERIS
alter.

Umbili-

Umbilici
Veneris
utriusque
confid.

Officina-
rū error.

Cymba-
lariz
mentio.

Umbilicus veneris, quem primo generi assignant, frequens nascitur in universa fere Hetruria, saxis, & vetustis aedificiorum parietibus. Hujus folia, quod scitulum operculis similia sint, vulgò Senenses appellant Copertoivole. Alterum verò ejus genus à quibusdam Cymbalion vocatum, videmus primum in Forojulienſium civitate Austria, in hortulo quodam excellentissimi medici Juliani à Marostica Treviſienſis. Hanc porro plantam in pluribus montibus saxi & petri inhaerentem invenimus. Cui, meo quidem iudicio, omnes prorsus conveniunt nota, quæ alteri umbilico Veneris tribuuntur. Ceterum apud Insabres officina legitima Cotyledonis, sive umbilici Veneris loco herbam quandam in antiquis, uliginosisq; aedificiorum parietibus, maceris & saxis nascentem usurpant, quæ ex iseminet, & coma modo dependet cauliculis numerosis, tenuibus, funiculi instar praelongis, lentis, è quibus folia prodeunt hederaceæ, pinguis, longis tenuibusq; pediculis nitentia, flosculus parvus, lutescentibus, qui è tenuissimis quoq; pediculis emergentes, clavicularum modo se se implicant. Facultatis est humida, frigidaq; cum adstrictione quadam. Hanc forte quòd CYMBALARIA vulgò vo-

III. UMBILICUS VENERIS

alter.

IV. CYMBALARIA.



Fuchſii
haluci-
natio.

Umbilici
Veneris
vires ex
Gal.

Nomina.

ceatur, putant à Cymbalio corruptè nomen traxisse, & ideo verum Veneris umbilicum esse. Non desunt tamen rei herbaria periti, qui in pollere facultatibus hanc herbam velint, quibus & Cotyledonem, quorum opinioni ego haud refragabor. At qui valere eam ad alba uteri profluvia certò scimus, ubi herba ipsa recens plures in acetariis devoretur, (ut si ali so-
lent) in ipsius coenae principio. Fuchſius quoq; in hac re hallucinatus deprehenditur, quòd in parvo suo libro, in quo planta-
baria, & Fabra crassa appellantur: quas tamen prius in suo de stirpium historia commentario pro Telephio ostenderat. Ve-
rùm tam prima, quàm altera ejus opinio, ut dicam quòd sentio, mihi plane reprobanda videtur. Quemadmodum & ter-
tiò auctum excudit. Ibi enim putat Fuchſius. Acetabulum alterum, sive alterum Umbilici Veneris genus, esse Fabariam,
quàm vulgus & Seplasia Crassulam majorem nominant. Sed quòd in magno versetur errore, manifestum fit satis ex
Dioscoride. Quippe qui Cymbalo, seu alteri Veneris Umbilico, folia reddiderit densa circa radicem, quæ medium oculi
ambitum describant, ut in majore sempervivo: cauliculum verò tenuem, in quo flores & semina hyperici. Quæ tamen no-
ta in Fabaria, aut Crassula majore desiderantur. Siquidem hac foliis constat hortensis portulacæ majoribus, quæ cum
sempervivo nullam habent fere similitudinem, nec oculi formam describunt: caulem præterea emittit crassum & fir-
mum: raditibus deniq; nititur pluribus, asphodeli proximis. Umbilici Veneris meminit Gal. lib. 7. simplicium medica-
mentorum, sic inquit: Cotyledon facultatis mista est, nempe humida subfrigida, & cujusdam obscure adstringentis, &
cum ea leviter amara: unde refrigerat, repercutit, abstergit, & discutit. Itaq; phlegmonas erysipelatodas, & erysipelata
phlegmonode curat: & maxime stomachi ardore astantis admodum utile est epispasma. Putantur folia cum radice
manducata calculos confringere, & urinam movere. Κορυδωνίον sic Græcè, Latine verò Acetabulum, & Umbilicus Ve-
neris nominatur. Italicè Ombilico di veneri: Hispanicè Scudetesi: Gallicè Escudes. Quæ verò Κορυδωνίον est ipsa Græcè, Uym-
bilicus Veneris & Acetabulum alterum Latinis appellatur.

Cotyledon à figura folii nomen accepit. I. Cotyledon major, C.B. Umbilicus Veneris, Matth. Lac. Turn. Lob. in icon. Cast. Tab. Cæsal. Lug. Umbilicus Veneris major Ionic. Umbilici Veneris prima species, Anguil. Cotyledon vera, Dod. gal. Cotyledon, Lob. Dod. fol. Clus. hist. Hisp. Herba Coxendicum

dicum nonnullis, Scutum cæli, Manlio. II. Cotyledon media foliis subrotundis, C.B. Umbilicus Veneris alter, Matth. in prima editione, & iis quæ minores figuras habent, Lac. Cotyledon altera Dod. Gallico & folio quo ad iconem, tertia quo ad descriptionem. Cotyledon altera Matthioli, Clus. hist. Panno. Lug. III. Cotyledon media foliis oblongis serratis, C.B. Umbilicus Veneris alter, Matthiolo in maioribus iconibus quo ad folia, caules enim & flores adpositi, sunt præcedentis plantæ, Umbilicus Veneris minor, Lon. Taber. cui & Palmaria. Cotyledon minus Sedi folio, Lob. Cotyledon minus montanum Sedi folio, eidem in icon. Aizoum serratum, Cord. in hist. & Thal. cui & Crassula serrata: Phyllon theligonum Dalechampii, Lugd. Phyllon primum, Cæsalpino. IV. Cymbalaria, Matth. Cast. Lugd. Cam. Cæsal. Cymbalaria vulgaris, Lac. Cymbalaria Italica folio hederaceo, Lob. Capnos prima Plinii, Hermolao: Umbilicus Veneris officinarum, Lon.

Αιούρα.

URTICA.

CAP. LXXXIX.

Urticæ genera. Altera sylvestrior, asperior: latioribus, nigrioribusq; foliis: semine lini, sed minore. Altera non æq; aspera, a minuto semine: Folia utriusq; illita, canis moribus addito sale, medentur: gangrænas, carcinomata, sordida ulcera, & quæ cacoethe vocantur, item luxata, panos, tubercula, parotidas, suppuracionesq; sanant: lienosis cum cerato imponuntur: faciunt ad profluvia narium cum succo trita, & naribus indita: menses ciunt eadem detrita cum myrrha, & imposita: procidentes vulvas recentia contactu resiliere cogunt. Semen potum ex passo venerem stimulat, & vulvæ ora patefacit: cum melle delinctum orthopnæ lateris, & pulmonum inflammationibus prodest: thoracem expurgat: erodentibus medicamentis admiscetur. Cocta cum conchis folia alvum emolliunt, urinas movent, inflammationes discutiunt: decocta cum ptisana, vitia pectoris extrahunt: mulierum menses evocant, cum myrrhæ modico pota. Inflammatione turgentem uva m, gargarizatus succus reprimat.

a Meum.
λεπτόκαρ
πρὸς ἰ. το
πυριόρε
σέμινε.

I. URTICA. I.

II. URTICA. II.



Urtica adeo vulgaris notitia est, ut non modo interdum, sed etiam noctu intenebris solo tactu ab omnibus facillimè Urticæ cognoscatur. Proinde opera præcium non est, ut hic pluribus ejus faciem depingamus. Veruntamen ignorandum non confid. est, quod etsi duo Dioscoridi tantum Urtica assignentur genera, tria tamen in Italia reperiuntur. Prima asperior, altera non æq; aspera, & tertia omnium minima. Prima caule est rotundo, aspero, hispidoq; ac pungenti: pilulas in caule gerit
60 non æq; aspera, & tertia omnium minima. Prima caule est rotundo, aspero, hispidoq; ac pungenti: pilulas in caule gerit
birsutas, ac urentes, in quibus semen gignitur. Provenit calidis tractibus, aridis & incultis locis. Altera solius provenit, alterius similibus, verum non æquè asperis: semen profert racemosum ac minutum: caulem quadrangulum, asperumq; & acuto, ac pungente. Na scitur ubiq; hisdem cum altera est facultatibus: atqui peculiariter seminis pulvis, sanguinem è cerebri membranis manantem supprimit. Siquidem præter Urticas à Dioscoride traditas, alia est, quam aliqui sylvestrem appellant, ceteris acrior, & mordacior foliis, & in ambitu serratis. Nasitur secus adificiorum muros, in hortis, ac le dodrantali, hispidiore, ac urente, densioribus foliis, & in ambitu serratis. Nasitur secus adificiorum muros, in hortis, ac
ferè ubiq; omnibus est hæc nota. Urticæ vires memorie prodidit Gal. lib. 6. simp. med. ubi inquit: Urtica. & hujus herbatum semen, tu folia (nam hæc potissimum in usum veniunt) digerentis sunt facultatis, adeo ut & phymata, & parotidas sanent. Gal.
sed &

Urticæ
vires ex
Gal.



Cardiacae
historia,
& virtus.

Nomina.

Sed & quiddam flatuosum obtinent, quo & Venerem extimulant, & maxime ubi cum musto semen bibitur. Porro quod non vehementer calfaciat, sed admodum tenuum sit partium, testimonio est crassum, viscosumque humorum ex pectore, pulmoneque, eductio, tum quod partes, quas contigerit pruriant. Ceterum flatuosum ejus, cujus particeps esse dicta est, dum concoquitur, nascitur: non enim actu flatuosa est, sed potestate. Ventrem autem modice subducit duntaxat abster-gendo, ac veluti titillando, non purgando. Et gangrenosa, & canerosa, & in totum qua exiccati citra mordicationem po-stulant, ea convenienter sanat: nimirum cum subtilium sit partium, & temperatura sicca, non tamen tantum habens ca-liditatem, ut jam mordicat. Et lib. 2. de alimentorum facultatibus idem de urtica ita scribit: Urtica, herbarum agrestium una etiam hac est rennium vim partium obtinens. Jure itaque, nemo ipsa ut alimentum utitur, nisi maxima prematur fame. 40
Utile autem est obsonium ac medicamentum, quod alvum dejicit: haecenus de urtica Galenus. Sed quoniam herba illa quam hodie herbarii *CARDIACA* nominant, nunc ob cognationem, quam cum Urtica habere videtur, mihi in-mentem venit, ideo non alienum puto, quod hic de ea quoque, aliquid disseramus. Haec itaque, urtica proxima est, tamen si foliis, qua prope terram prodeunt, rotundioribus confert, runculi modo per ambitum laciniatis. Et caulis est quadrangulus, ramis copiosis pariter quadratis, in quo bina utrinque, folia paribus intervallis, ab imo ad summum exeunt, oblonga, urticae familia sed minora, & per ambitum serratiore. Flores, qui in purpura albicant, urticae sarida, de qua sequenti capite dicturi sumus non dissimiles profert, minores tamen: qui verticillato ambitu marrubii modo caulem circumdant in ipso foliorum exortu. Radix in rubro pallescit, alii pluribus parvis radicibus adnatis. Provenit ubique, in rudibus juxta semi-nas, circa sepes, & post urbium moenia. Genua usque, adeo amarescit, ut facile existimari possit ad secundum ex-calfaciendum ordinem, & ad tertium siccantium accedere. Praestat haec, ut recentiores quidam tradunt, ad cordis affectus, unde 50 etiam apud vulgares nomen accepit. Medetur item convulsis, ac resolutis. Obstructiones aperit, quae causa frigida induxe-rit: urinam ciet, & menses. Pectus a pituita detergit, & lumbricos necat. Ceterum in pulverem, folia contrita, & dome-stici cochlearis mensura ex vino hausta, difficile parientibus mirum in modum opitulantur. Urtica sic Latinis dicta dux-ga: Gallis Ortie. Urtica altera, Graecis *Ἀνὰ δὲ ἔρπη*: Italis Ortica vulgare. At Urtica tertia, Graecis *ἀνὰ δὲ ἔρπη*: Italis Ortica minore, Sic Cardiaca, Germanis *Herrgespann*: Gallis *Gripaume*, seu *Cbeneuse*.

Urtica ab urendo dicta, quod pruritus & pustulas igni similes acutissimis suis aculeis pungendo excitet. Sunt autem duplices, pungentes & non pungentes: pungens major, minor, & tertia pilulas ha-bens: non pungens alia foetida, alia non foetida: & haec aut maculatae, vel punctis aspersis, vel lineis folium 60 dividitibus: aut non maculatae, flore albo, luteo, purpureo. Urtica pilulas rotundas ferens, vel prima Dioscoridis, C. B. Urtica prima, Matth. Lac. Cast. Lugd. Caesal. Urtica Romana, Trago. Fuch. Turn. Lonic. Lob. (cui & Urtica sylvestris semine Lini, in Iconibus) Cam. Taber. Urtica vera, Fuch. in icon. Urtica sylvestris, Dod. gal. Urtica mascula vel Romana, Gef. hor. Urtica urens prior, Dod. fol. II. Urti-ca urens maxima, vel secunda Dioscoridis, C. B. Urtica secunda, Matth. Lac. Lug. Cast. Caes. Urtica ma-jor, Brunf. Fuch. Turn. Dod. gal. (cui & Urtica foemina & communis) Lonic. Thal. Taber. Urtica syl-vestris asperior, Lob. Urtica syl. major, Gef. hor. Urtica vulgaris urens, Trag. Urtica urens altera, Dod. fol. Urtica Cordo in Dioscoridem. III. Urtica urens minor, Cania forte Plinii, C. B. Urtica tertia Matth.

Matth. Lac. Lugd. Cast. Urtica major, Trag. Urtica minor, Brunf. Fuch. Turn. Dod. gal. Cord. in histor. Lon. Taber. Urtica minor acrior, Lob. Urtica urens minima, Dod. fol. Urtica exigua, Cæsalpino. IV. Marrubium Cardiacum dictum, fortè primum Theophrasti, C.B. Cardiacum, Matth. Fuch. (cui & Lyce-
plis) Dod. gal. (cui & Sideritis prima) & fol. Lac. Lon. Lob. Cast. Lugd. Caf. (cui & Alyssum Galeni &
Aërii) Thal. Tab. Marrubium mas, Brunf.

Galiopsis.

GALIOPSIS.

CAP. XC.

¹⁰ **G**aliopsis, frutex in totum caulem, & folia habet urticæ, læviora, & a quæ gravem odorem trita red-
dant: flore purpureo, tenui: nascitur circa sepes, ædificiorum areas, & semitas ubique. Folia, caules,
semen, succusque, duritias, & carcinomata dissipant: strumas, panos, & parotidas discutiunt. Oporter
bis die tepidum ex aceto cataplasma imponere, & ejus decocto fovere: ad putrescentia, gangrænas, &
nomas, cum sale efficaciter illinuntur.

^a Meum
inavus de-
ria. i. ve-
bemen-
ter deſa.

I. GALIOPSIS.

II. SCROPHULARIA.



Galiopsis, eam equidem plantam crediderim esse, quam nos in Italia Urticam fetidam appellamus, quæ ubiq; serè
provenit, in ædificiorum areis, in plateis, juxta semitas, & circa hortorum sepes, odore ingrato: unde & fœtida co-
gnomen adinuenit. Quandoquidem hæc foliis, & caule constat urticæ similibus, tactu tamen non mordentibus: floribus
⁵⁰ uem purpureis, tenuibusq;. Hinc itaque fit, ut n. mea quidem sententia, in errore verſentur, qui putant Galiopsis esse her-
bam illam vulgarem, quæ officinis, & herbariorum vulgo Scrophularia major, Milleborbia, Ferraria, atque etiam Ca-
stragula dicitur: hoc fortasse argumento nixi quod ea flores edat, quæ galea similitudinem referunt. Sed eorum error
ex eo, ut arbitror, aperte diluitur, quod Scrophularia major dicta folia non proferat urticæ admodum amula, nec ea gra-
vi odore prædita sentiantur. Adde quod huic radix subsit magna, alba, undiq; strumosa, unde fortè Scrophularia nomen
traxit, adeo notatu digna, ut non videatur verisimile, quod lejus faciem non depictam reliquisset Dioscorides, quando
sensisset hanc herbam esse Galiopsis. Caules ab una radice Scrophularia mittit plures, sesquicubitales, angulosos, subru-
fescentes, in quibus folia insunt nigricantia, robusta, ad urticæ faciem accedentia, per ambitum leviter denticulata. Flo-
res mittit in caulium ramorumq; summitatibus pusillos purpureosq;, galeæ faciem referentes, & semen in capitulo, ut in
lino, & lactaria herba, rotundo, acuto summa parte apice. Radicem habet magnam, albicantem, strumosa. Huc etiam
⁶⁰ illud accedit, quod illa ut plurimum in scrobium marginibus, & riguis, & uliginosis locis nascitur, non autem (ut Dio-
scorides inquit) circa sepes, & in ædificiorum areis. In hac sententia fuisse invenio Fuchsum, qui à galea, cujus effigiem
Scrophularia flores representant, hanc sibi nomen ascivisse existimat. Id quod mihi planè non videtur esse rationi consen-
taneum, quod non sit ex more Græcorum, veterum præsertim, apud quos nulla verborum inopia fuit, ut ex Latinis, &
Græcis dictionibus plantarum, & aliarum rerum nomina componant: Galeam enim Græcorum nomen non esse constat.
Ex his igitur adducor, ut in hoc neq; Fuchſio, neq; aliis adſtipulari poſſim, quorum potius sententiam ex ſupradictis re-
probendam eſſe cenſeo. Cacutiunt ad ſummum uſq;, qui Scrophulariam, Dioscorid. Ocimaſtrum faciunt. Eſt præterea Urtica
alia planta Urticæ fetidæ non abſimilis, quæ à lacteis maculis ſingula folia in longum proſtræntibus Urtica lactea à lactea,
noſtris Senenſibus vulgò cognominatur, quam rectius fortè quæ Galiopsis dixerit, ſi à γάλα, quod vocabulum Græcis lac
ſignificat

X x x

ſignificat

significat Galiopfin dictam esse statuat. Quod autem res hac ita esse possit, ex Dioscoridis ordine conjectura quadam colligi posset, nam quod statim post Galiopfin Galion descripsit, cui ex eo nomen inditum esse tradidit, quod in cogendo lacte coaguli vicem expleat, videtur innuisse, inter utrumque magnam esse nominis cognationem. Hanc itaq; legitimam esse Galiopfin quasi affirmare non dubitarem, nisi Plinius lib. 22. cap. 14. eam Lamium appellari prodidisset, laudibusq; extulisset album, quod habet in medio folio, ad sacrosignes, & foliorum reliquum cum universa planta, addita mica salu, ad contusa, incussaq;, ad ambusta, strumas, tumores, podagras & vulnera. Quibus sane Plinii placitis decernere cogimur, primam, quam Urticam foetidam diximus, esse Galiopfin: alteram vero Plinii Lamium. Sed si suscinere velimus hanc secundam esse veram Galiopfin, dicere nobis liceat, Plinium non cognovisse Galiopfin: neque id forte remere diceretur, quod in multis aliis Plinius evidenter errasse deprehendatur. Ceterum quamvis ex rationibus superius adductis perspicuum ni fallor, factum sit, SCROPHULARIAM non esse Galiopfin, ea tamen viribus pollet non contemnendis. Desiccata, 10 extenuat, discutit, abstergit: est enim gustu amara & subtilium est partium: ejus radix recens, strumas, & hemorrhoidas sanat: in quem usum radix effoditur autumnali tempore, & repurgata tunditur cum recenti butyro, operculatoq;, fictili in uliginoso solo reponitur, ubi dimittitur per quindecim dies. Deinde lento igne butyrum illud liquefit, & percolatum asservatur, quo praedicti morbi utilissime illinuntur. Idem illitum scabiem sanat: Aqua ex radicibus destillata, faciei ruborem illit tollit. Sicca radicum pulvis impositus hemorrhoidas siccatur. Idem drachmæ pondere potus, lumbricos ventris pellit.

Nomina. Planta, quæ Græcis γαλιόψις, Latine item Galiopfis, Urtica labeo & Urtica foetida nominatur: Italicè Ortica foetida: seu Ortica mortua, Hispanicè Ortiga Muerta: Germanicè Weisse Nachtschat. At Scrophularia, Millemorbia, Ferraria sive Castrangula: Italicè Scrophularia: Germanicè Braumwurk: Gallis Grande Scrofai.

Lamium purpureum foetidum, seu Galiopfis Dioscoridis, C.B. Galiopfis, Matth. Trag. Lac. Lugd. 10 Thal. Urtica labeo, Brunf. Urtica iners, Dod. fol. Lac. Fuch. Turn. Dod. gal. Lamium sive Archangelica, Lob. Meminit Matthiolus Urticæ lacteæ, quam Lamium maculatum vocamus, quam Mizatellam (id est, Lienarem, quia lienosis egregie opituletur) vocat Cæsalpinus, & Leucos à Dioscoride dici suspicatur: Urtica fatua λεονόγιστος & Thalyo dicitur: at Solinandro, Lienaria. II. Scrophularia nodosa foetida, C.B. Scrophularia, Matth. Lac. Dod. fol. Cast. Scrophularia major, Brunf. Gef. hor. Turn. Lob. Lon. Lugd. (cui & Chrysippea Plinii quorundam) Thal. Cam. Cæsalpino. Tab. cui & Castrangula Ocimastrum alterum, Trag. Galeopfis, Fuch. Dod. gal. Galeopfis minor, Fuch. in icon. Clymenum mas, Gef. hor. III. Scrophularia palustris: hæc radicibus est fibrosis (apud nos tuberculis caret) ex qua caulis ex-

* III. SCROPHULARIA
palustris. *



* IV. SCROPHULARIA
flore luteo. *



surgit à priorimagnitudine discrepans & colore qui caule & foliis prorsus viridis est: foliis, florib. & semine, priori similis. In nostris palustribus, sed minimè foetens, provenit. Meminit Dodonæus editione Gallica & Latina, Scrophulariæ alterius, quæ radice sit fibrosa. Dicitur Scrophularia fœmina, & Germanis Weisse Nachtschat. Camerario in suo Matthiolo, quam dicit ulcera curare & contusa, si manè & serò continuis diebus in foco calefacta & contrita imponatur: idemorum succum, si cum melle decoquatur, melius præstare. IV. Scrophularia flore luteo. Hæc ex radice fibrosa scrophulis carente, caules plures emittit cubito altiores, quadrangulos, subrubentes, leviter hirsutos, vacuos: folia habet viridia, hirsuta, lata

lata, subrotunda, per margines crenata, longissimis pediculis donata, duplo quam in vulgari latiora: ad quemlibet geniculum, ad foliorum pediculos, ab imo ferè ad summum pediculi oblongi nudi prodeunt, copiosos flores quasi conglobatos, luteos, forma vulgari similes sustinentes, quibus succedunt capitula subrotunda, quam in vulgari majora, acuminata, cujus acumini filamentum instar capreoli insidet, quibus semen nigrum includitur. Hanc à nemine descriptam à Doctore Doldio Norinberga primum siccam accepimus, dein in horto Doctoris Zuingeri observavimus sæpius.

Γάλιον.

GALION.

CAP. XCI.

10 **G**alion nomen ex eo traxit, quòd in contrahendo lacte, coaguli vicem impleat: ramulum, foliumq; habet aparinae simillimum, rectum: florem in cacumine luteum, tenuem, densum, copiosum, odoratum. Flos igni ambustis illinitur, & sanguinis profluvia sistit. Cerato rosaceo galion admiscetur, infolatum usq; dum albescat, & sic lassitudines reficit, Radix venerem concitat. Nascitur in palustribus.

GALION.



Galium ubique copiosè nascitur prope sepes, & secus vias, ^{Galii confid.} foliis aparinae minoribus: flore tenui, spicato, partim luteo, partim albo. Verum non propterea omnibus nota est vis, quam coagulandi lactis habet: nam si ea pastoribus innotuisset, non minus apud eos hujus herbe invaluisse usum, quam cinare apud Hetruscos: qui ejus flore, ut dulcior suaviorq; caseia evadat, tum ovillum, tum etiam caprinum lac cogunt, ac spissant. Galio vires reddidit Galenus libro. 6. simplicium ^{Galii vires ex Galeno.} medicamentorum, sic inquit, Galium inde adeo nomen sortitum est suum, quòd lac coagulet. Ad simile autem est aparinae, facultatem obtinens exicatoriam, & subacrem Flos ejus sanguinis profluviis competere videtur, & combustis mederi. Est autem boni odoris & coloris lutei. Hujus herbae nomen Graecum Γάλιον: Latinum Galium: Italicum Galio: Germanicum Unser Frauen Wegstro/Wegerfrant: Hispanicum Coaja leche yerva: Gallicum Petit muguet.

Galium aliud arvense, quod vel luteum vel album aliud palustre: nunc flore rubro & tenuissimo folio habetur. Vulgatum dicitur Gallium Matth. Lac. Cast. Gallium, Fuch. Dod. gal. & fol. Lon. Galii primum genus, Trag. Lon. Galium luteum, Lob. Lugd. Thal. Galion luteo flore, Cord. in Diosc. Cæs.

Ἠριγέρων. SENECIO. CAP. XCII.

Senecio cauliculo est cubitali, subrubro: foliis ^{Medicam. continuis, ut Dioscorides inquit) subrubentibus: foliis laciniatis, eruce amulis, minoribus tamen, & asperioribus: floribus luteis, qui dehiscunt in pappos abeunt. Nascitur passim, adeo ut etiam super urbium moenia, & in parietinis proveniat: virescit anno toto, & quolibet ferè mense floret. Ideoq; non desunt, qui hanc quoque vocent nostro Idiomate, Fiore d'ogni mese. Hanc herbam Otto Brunfelsius esse Verbenacam supinam, magno & aperto errore existimavit. Videtur etiam Senecionis esse genus herba, quam Germani Divi Jacobi Florem appellant. Namq; & ipsa folia fert Eruca sylvestris amula, per ambitum laciniata, nigricantia, amaro sapore, qua antequam caulem edant humi procumbunt: caulis illi est sesquicubitalis Artemisia similis, à medio ramosus surculosusq;. Flos in summitate aureus Bupbthalmi minor, qui tandem flaccescens in papposam evolat lanuginem. Radice nititur brevi & fibrata. Flo-}

circum oppida. Folia cum floribus refrigerant: quare illita cum vini modico, vel per sese, testium & fedis inflammationes sanant: quin & ex manna thuris medentur, cum reliquis vulneribus, tum iis quae nervi acceperunt. Illiti per se cum aceto pappi, idem munus praestant: verum recentes epoti, strangulant. Totus caulis, si coctus in passo potui detur, stomachi dolores à bili contractos perfanat.

50 **S**enecio, quae Graecè Erigeron dicitur, aliquibus vulgò Cardoncello, aliis verò spelliciosa vocatur. Planta est vulgaris no- ^{Senecio- nis confid.} titia. Cauliculus exit (ut Dioscorides inquit) subrubentibus: foliis laciniatis, eruce amulis, minoribus tamen, & asperioribus: floribus luteis, qui dehiscunt in pappos abeunt. Nascitur passim, adeo ut etiam super urbium moenia, & in parietinis proveniat: virescit anno toto, & quolibet ferè mense floret. Ideoq; non desunt, qui hanc quoque vocent nostro Idiomate, Fiore d'ogni mese. Hanc herbam Otto Brunfelsius esse Verbenacam supinam, magno & aperto errore existimavit. Videtur etiam Senecionis esse genus herba, quam Germani Divi Jacobi Florem appellant. Namq; & ipsa folia fert Eruca sylvestris amula, per ambitum laciniata, nigricantia, amaro sapore, qua antequam caulem edant humi procumbunt: caulis illi est sesquicubitalis Artemisia similis, à medio ramosus surculosusq;. Flos in summitate aureus Bupbthalmi minor, qui tandem flaccescens in papposam evolat lanuginem. Radice nititur brevi & fibrata. Flo- ^{Brunfelsii error. Floris Divi Jacobi mentio.} ret Julio & Augusto. Nascitur in campestribus inculto solo. Sunt qui scribant Senecionem praestare plurimum ad alba uteri profluvia, si in acetariis devoretur, at nos his haud facile subscribimus, cum sciamus hanc herbam remoratos ciere menses, epoto foliorum succo totius plantae decocto: cum enim evidenter sit amara, ut sicet, abstergat, aperiatq; necesse est. Sic & Senecio major excofacit, siccat, aperit, abstergit, digerit, & reliqua Senecionis minoris vires obtinet. Senecionis ^{Senecio- nis facultas ex Gal.} quam brevem mentionem fecit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, ejus tantum facultatem referens his verbis: ^{Nomina.} Erigeron, sive Senecio facultatem mistam obtinet, simul refrigeratariam, & modicè digerentem. Herba haec Graecè Ἠριγέρων dicitur: Latinis Erigerum & Senecio: Italis Cardoncello seu Spelliciosa: Germanis Erucis Wur: Hispanis Bonvaron: Gallis Senesson. At Senecio major, Italis Cardoncello seu Spelliciosa maggiore: Germanorum officinis, Flos S. Jacobi: vulgari verò sermone S. Jacobs Blum.

XXX 2

Senecio